

1562 28 Aug.

Ex Ep. Sig. Aug imp Lypin
401

Cesareæ Majestati.

Iterum a Cesare pacis conficiendæ conditiones
proponi cupit, et suam operam pollicetur et
Hostiarum curam prefecto Cesareo se damnaf
se nuntiat.

115
Accepimus non ita pridem a Severissimo Domi-
no Nepote nostro et Transylvania literas, quibus
nos Severitas ejus de pactis cum Majestate Vestra
annuis induciis certiores facit, a nobis que petit,
ut et nunc quidem apud Majestatem Vestram que-
dam postulata Severitatis ejus adjuvemus, et de-
inceps durantibus judiciis in pacificationem Severi-
tatis ejus cum Majestate Vestra incumbamus. Eas nos
literas discedenti a nobis Generoso Valentino Saure-
man Majestatis Vestre Oratori alibi jussimus, ut
videret is quoque, quam sincere et optimo animo
agat Severissimus Nepos noster cum Majestate Ve-
stra, contraque Severitatem ejus ad Majestatem Ve-
stram deferri intelleximus. Mitemus autem quoque
exemplum illarum venerabili Oratori nostro, ut si
voluerit ipsa quoque Majestas Vestra eadem
perspiciat et cognoscat. Quamobrem dedimus per
eundem Majestatis Vestre Oratorem ad illam literas,
quibus voluntatem ac studium nostrum in hoc ge-
nere Majestatis Vestre declaravimus, ab illa que
diligenter petimus, ut hunc Severissimi Nepotis
nostri animum ad pacem et tranquillitatem incli-
natum Majestas Vestra ita accipiat, ut se quo-
que ejusdem tranquillitatis aque studiosam et
nobis declaret et demonstret. Quod nunc quoque
a Majestate Vestra iterum petimus. Et quoniam,
si ita Majestati Vestre videbitur, constituimus Se-
verissimo

Antua.

1502 3

Severissimus Nepoti nostro in re tam sancta et
Reipublice Christianae salvandae operam nostram non
denegare, cupereque imprimis Majestatis Vestrae sen-
tentiam cognoscere, quid animi quidve consilii de
hac re tota habeat, et unumquod ad ejus pacifica-
tationem legatos suos designare et quem locum
quodque tempus iis rebus constituere ac praefinire
velit, ut quandoquidem a pacis induciis quartus
jam fere mensis, nullis ne certatis quidem pacis
constituenda rationibus, praeterit, tanto, utilius hoc
reliquum tempus poni possit, quanto citius de ani-
mo et voluntate Majestatis Vestrae cognitum ha-
buerimus et perspexerimus. Interea tamen si Majestas
Vestra eas urbes, quas Severissimus Nepos noster ab
illa flagitat, restituendas sibi esse, nisi ante de con-
veneris omnibus cognoscatur et investigatur, non
existimat, in quo nos tamen pro Severissimo Ne-
pote nostro gratiam atque benevolentiam Ma-
jestatis Vestrae, quod sine ipsius prejudicio fiat,
imploramus, magno opere a Majestate Vestra peti-
mus, ita ut illas praesidiis omnique bellico appa-
ratu firmari jubeat, ut nequid ditioribus nostris
periculi a Turcis inferatur.

Costam nostram, secundum quod Majestatem
Vestram velle videbamus, Praefecto Costarum ipsius
commisimus. In quo etsi a subditis nostris non
decevant, qui id officii a nobis exposerent, tamen nos
quidem Majestati Vestrae fidem et diligentiam Prae-
fetti Costarum suarum apud nos commendanti pro-
ceteris aspensimus ejusque rei fructum nos esse potissi-
mum percipuros confidimus. Majestati Vestrae salvam et
incolumem optamus eiq[ue] studia et obsequia nostra com-
mendamus. Datum 8. Augusti.